

me interrogas, quid boni facturus sis? sed, quid me interrogas bonum appellans?

UNUS EST BONUS DEUS. Objecunt Ariani Catholicis hunc locum, ut probarent Christum non esse Deum, quod videtur his verbis à bonitate, divinitateque se ipsum excludere, ut scribit Epiphanius adversus Arianos, heresi 69, et Cyrilus Alexand., lib. 2, Thesauri, c. 1; et D. Basilius in epistola ad Amphiphilochium, et D. Ambros. in Commentariis in c. 18 Luce, et D. Augustinus, lib. 3, contra Maximinum Arianorum episcopum, c. 25. Omnes respondent Christum non negare se bonum esse, ac Deum. Nam et homines, et angelos, et multa alia prater Deum suo quoddam modo bona esse manifestum est, et multis Scriptura exemplis probat Epiphan., sed dicit neminem bonum esse praeter Deum, eo modo, quod Deus bonus est, id est, per se, et natura sua: quemadmodum dixit D. Paul. 1 ad Timot. 6, 16, solum Deum habere immortalitatem, cùm et angelos, et animos nostros immortales esse constet: quia nemo prater Deum natura sua, id est, non alterius participatione immortalis est: quemadmodum in questionibus Christianis propositis Justinus explicavit. Itaque etsi Christus Deus non fuisse, bonus tamen fuisset: et quemadmodum se à bonitate non excludit dicendo *una est bonus, Deus, ita non excludit a divinitate: quoniam bis veritus, ut paulo post explicabimus, maximè indicat se esse Deum.* Cur ergo ita Christus adolescenti respondit? Ratio, quam Calvinus affect, inepti est, et ad Arianorum errorem accedit, ut, inquit, ostenderet suam doctrinam à Deo profectam esse. Nam neque id Christus voluit ostendere, sed potius dicere se esse Deum; et, si voluisset, non bene cùm ratione ostendere potuisset. Alii voluisse Christum adolescentem illum, quasi nimium operibus legis confidentem, ab illis avellere, et ad fidem in se adducere; quod facit, dum indicat se non solum magistrum bonum, sed etiam bonum Deum esse: ita Origenes videtur significare tractatus in Matthaeum 8; ita certè Epiphan. adversus Arianos, et Cyrilus lib. 2, Thesauri, c. 1, interpretantur. Quod dicunt Christum voluisse significare se esse Deum, vehementer probo: quod dicunt adolescentem in operibus legis confidisse, et ab illis cum Christum voluisse revocare, non probo; nec illi mihi videantur bene probare. Vera igitur causa, cur ita Christus responderit, ea mihi videtur esse, quam auctor Imperfeci, homil. 53; Hier. in Commentariis, Gaudent. tractatu 7, in Exodus, Augustin. lib. 1 de Trinitate, cap. 15; et lib. 5, contra Maximinum, cap. 25, Beda, Theophylact, et Euthymius. hoc loco afferunt, quod adolescentes ille, etsi bonam, non tamen satis magne, atque perfectam de Christo habebant opinionem. Manifestum enim est conatum illum fuisse quasi magnificissimis titulis Christum ornare, ut ejus iniaret gratiam; et videmus tamen non nisi magistrum bonum appellasse, quasi nihil de illo supra sentirent. Nam si Deum esse credidisset, aut Deum suum, aut certè Dominum appellasset: voluit ergo Christus sciens eum bono animo de sua salute consilere ejus

adjuvare fidem, atque perficerre, eoque interrogando perducere, ut non tantum magistrum bonum; sed Deum etiam bonum esse crederet, propterea ex ejus ore verbum arripuit, ut doceret tantum illi opus esse, ut ea, que dixerat, bene intelligeret. Vocaverat Christum magistrum bonum, docet illum Christus neminem bonum esse, prater Deum, ut probet se Deum esse, si bonus est, quemadmodum illi ipse nesciens, quid diceret, confessus erat. Fatorum ambiguitatem in verbo esse: nam aliter magister bonus, aliter Deus bonus appellatur: sed haec ipsa ambiguitas gradum argumentationis afferit: sic enim Christus argumentatur, quasi non intelligat, quid inter magistrum bonum, et Deum bonum inter sit. Annotavimus alios locis solitum fuisse Christum ambiguitate verborum ludere, ut supra, c. 8, 22: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quaret aliquis, cur Christus non eodem modo aliis responderit, quos credibile est aliquando aut similibus, aut iisdem titulis usos fuisse. Ratio mihi videtur esse: quod hic adolescentes ita cum magistrum bonum appellaverit, quasi existimat aliquem cùm titulum tribuerit singulariorem, quem alii tribuere non solebant: voluit ergo Christus ejus opinionem arripere, docereque non satis magnum sibi titulum tribuisse, se enim non solum magistrum bonum, sed Deum etiam bonum esse.

SI AUTEM VAD VITAM INGREDI, SERVA MANDATA. Pernicissima, et menti Christi omnino contraria est interpretatio Calvini; si enim exponit, quasi Christus bonum illum, et simplicem adolescentem deludere voluerit; quemadmodum si quis interroganti, quia vía Romana ieiunio, extremos Iudeos ostenderet. Sic enim patet Christum respondisse: *Si vā ad vitam ingredi, serva mandata, non quid mandatorum observatio vite eterna via esset, sed potius diverticulum, quo vā eternā homines aberrarent: juvenem enim illum observatione legalium praeceptorum inflatum fuisse, atque confusum, que tantum abest, ut homines ad vitam eternam decurrit, ut ab eis potius retardaret.* Duplex error; alter, quem jam refutavimus, quod existinet illum adolescentem in legalium praeceptorum observatione confidisse; nec enim confidet, qui prater illa querelat aliquid, quod faciendo in vitam eternam ingredieretur: alter, quod patet Christum de legalibus agere praeceptis; de quibus enim agat, statim ipsum exponit: *Non homicidium facies, etc.*, quae praecepta non legalia, sed evangelica sunt; quisquis autem legia esse putat, legem ignorat: si enim legalia fuissent, una cum ipsa lego fuisserat abrogata; tantum vero abest ut abrogata fuerint, ut tunc cooperant maximum vigore, cum coepit lex maximum mori; ut Christus, c. 5, explicavit. Legala igitur ea tanquam, que cum lege perierunt, ut Circumcisio, catenaeque ceremoniae ac sacramenta. Verum vite eternae viam Christus ostendit, à qua longissime Calvinus aberravit. Nam nec viam illum legi adolescentes ignorabat: nec eam Christus ostendisset, qui id est venerat, ut eā abolita novam homines viam diceret; velutique nolit Calvinus merita hinc bonorum

operum apertissimè probantur: nec enim mandata id est tantum via vite eternae vocantur, quod per ea, sed etiam quod propter ea ad vitam eternam homines veniant, ut c. 25, 34, 35, manifestum est: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurii enim, et dedistis mihi manducare: siti, et dedistis mihi bibere: hospe eram, et collegistis me; nudus, et operauistis me. Neque haec Christi sententia, ut Calvinus putat, nobis adversatur: quasi hinc colligator nulla alia precepta, prater de cem Decalogi, nullasque traditiones esse ad salutem necessarias; eodem enim argumentum colligerat ad salutem necessariam non fuisse, ut Christiani Apostolorum constitutions observarent, et à sanguine, suffocatoque abstinent. Actorum 15, 20, eodem argumento colligerat nulla esse in Evangelio necessaria sacramenta; nec enim in Decalogo continentur. Melius objecere potuisset; si mandatorum observatio, ut Christus significat, ad salutem satis est, fidem non esse necessariam. Respondeat Christum tantum respondere ad questionem adolescentis: *Quid boni faciam, ut habeam vitam eternam?* propter non docet, quid credere debet; sed quid facere: inter ea autem, quae ad consequendam vitum eternam facienda erant, sola mandatorum observatio sufficiebat, in quibus et parentum, et Ecclesie mandata, traditionesque comprehenduntur. Nam cùm in quarto precepto jubemus parentes honorare jubemus illis obediere: cùm autem illis jubemus obediere, jubemus obediere omnibus, qui parentum nobis loco esse debent, quales reges sunt, et magistratus, multò verò magis Ecclesia; quin potius ex hoc loco maximum adversus Calvinistas sumitur argumentum, ut probeatur male eos colligere solum nos fidei justificari, et sanctos fieri, quia sola aliquando fides inter justificationis causas nominatur. Nam quemadmodum hic cùm sola mandatorum observatio causa salutis esse dicitur, non excludit fides; sed tantum significatur inter ea quae facienda sunt, satis esse mandata servare: ita, cùm sola fides inter justificationis et salutis nostras causas nominatur, opera non excluduntur, sed tantum ostenduntur, inter ea quae non facienda, sed cognoscenda sunt, satis esse credere, fidemque nobis, licet obscuram, et quemadmodum eccezum cognitionem instar omnia scientiae omniumque doctrinarum esse oportere.*

VERS. 19.—QUE? Hieronymus, qui hunc adolescentem tentandū causā venisse putat, non simpliciter, sed fraudulerter interrogasse dicit, quenam essent illa mandata; quasi dissimilaverit scire se quod maxime poterat scire: sed hanc opinionem versus 10 refutavimus, et ex ipso verborum contextu perspicuum est, cum propterea interrogasse, quenam ea mandata essent, quod ad Christum, tantumq; ad novum aliquem et maximum magistrum venisset, ut aliquid ab eo supra legem diceret; nam legis mandata non solum sciebat, sed etiam observaverat, ut versus 20 probabimus. Interrogat ergo, *que?* putans fore ut Christus aliqua praepter legem, praecepta sibi tradat.

NON HOMICIDUM FACIES. Proponit illi Christus precepta Decalogi non omnia, sed secunda tantum tabula; nec ea quidem ordine, sed prout sese offerebant: nec enim id agebat, ut totum Decalogram memoriter et ad verbum reclaret; sed ut sententiam proponeret. Potest queri cur prima tantum tabula mentionem non fecerit. Respondet Euthymius, propterea quod prima tabula observatio in oculo, id est, in animo lateat; secunda autem tabula manifesta sunt opera, non occidere, non mordaci, etc. Non proba rationem, nec enim Christus adolescentem arguere, ut quidam putant, sed, ut nos supra probavimus, docere voluit; nec docere quomodo bonus esse videbatur, sed quomodo bonus ac justus esset: nec enim hypocrita, sed christianum facere volebat. Vera mihi videtur fuisse ratio, quod quicunque secundam tabulam observat, et primam observet, quemadmodum D. Paulus ait ad Romanos 15, 9, 10: *Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium diceras, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum; plenitudo ergo legis est dilectio.* Propterea et Christus hic, et D. Paulus illi, volentes mandatorum observationem proponere, secunde tantum tabula meminerunt. Dicit aliquis eadem ratione, ac multò etiam majora primam tantum tabulam proponere debuisse, quia et qui primam observat, secundam observat; qui enim Deum diligit, omnia, que Deus precipit, facit: estque prima tabula multò brevior quam secunda, ut cō magis videatur, tanquam omnium praeceptorum summa proponi debuisse. — Respondeo isthac omnia vera esse; sed tamen facilius esse proximum diligere quā Deum, ut D. Joannes 1 Epistola, cap. 4, 20, argumentatur; *qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* Sed et ergo Scriptura sacra ad observationem nos mandatorum Dei per secundam tabulam, tanquam per magis facilem, magis planam, magis nobis notam viam deduxit.

VERS. 19.—DILIGES PROXIMUM TUUM SICUT TEIPSUM. Nimiris audax Origenis, tractatu in Matthaeum 8, conjectura est, haec verba ab aliquo esse addita, propterea quod apud alios evangelistas non legantur. Praestabat existimare ab aliis pretermissa, quemadmodum solent non omnia semper dicta facta Christi commemorare. Est ergo quasi brevis complexio, quā omnia quae Christus recitaverat, uno verbo comprehenduntur, quali et D. Paulus ad Rom. 15, 9, 10, et ad Galat. 5, 14, usus est. Nec enim unum est praeceptum; sed omnium praeceptorum summa ex Levitico, c. 19, 18.

VERS. 20.—OMNIA HEC CUSTODIVI A JUVENTUTE MEA. Hilar., canon in Matthaeum 19, auctor Imperfeci, homil. 25, Ambros., in Commentariis in c. Luca 18, D. August., epistola 89, Hieronym. et Beda, hoc loco, et nonnulli, ut opinor, Graeci quorum Theophylactus opinionem recitat, existimārunt hunc adolescentem, cū dixit se omnia mandata à iuventute suā serva-

visse, fuisse mentitum. Multò magis D. Basilii, Homiliā contra divites avaros, et Chrysostomi atque Euonymi probo sententiam, eum dixisse, quod res erat; nec enim sī causa narrat Marcus, cap. 10, 21, Christum, hoc auditio, eum dilexisse; quod profectō non fecisset, si simulator fuisse, quod Christum omnia scientem latere non potuit. Quod autem Calvinus respondet dilexisse eum, sicut diligit Deus res omnes naturales, quia natura sūa bona sunt, ridiculum est: nam isto quidem modo non solus omnes homines, sed omnes etiam demones diligit. Perspicuum autem est evangelistam aliquem Christi erga hunc adolescentem propter mandatorum observationem singularem amorem significare voluisse; qui amore non solus non alios peccatores, sed non illum quidem ipsum, antequam id audivisset, prosequeretur; non quod id prius ignoraret, aut quod non prius eum diligenter; sed quod ostenderet se more hominum ex eius responsō, quod ante ignoraret, didicisse, et quem ante non diligenter, diligere ceperisse. Quod ad confirmationem sententiae nostrae satis est. Magis etiam ridiculum, quod idem Calvinus Catholicis ex hoc loco colligentibus peccatorem posse se per bona opera, et mandatorum observationem ad justificationem disponere; ea enim bona qua facti, antequām justificetur, suo quodammodo Deo grata esse, ac, ut theologi vocant, meritaria de congreuo, respondet eodem modo ranas et cefices mereri, quia ea quae faciunt, naturaliter bona sunt, ea que Deus amat. Jam enim docimus Christum hunc adolescentem non tantum propter naturalem bonitatem, sicut omnes communiter homines, sed propriepter mandatorum observationem, que naturalis non est, singulariter amasse.

VERS. 21.—*Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, et da pauperibus.* Perversa etiam hoc loco et maligna interpretatio Calvini, qui existimat Christum non serio et ut perfectionis consilium daret, sed cautē, ut adolescentis hypocrisim detegret, hoc illi dixisse. Quia enim, inquit, mentitus est, dicens se mandata omnia observasse, voluit Christus ut palam omnes intelligenter non ita esse, proponens illi unum tantum preceptum, ex quo, an proximum diligenter, appareret, ut venderet omnia, et dare pauperibus, sciens eum facturum non esse, atque ita ejus mendacium comprehendendum. Multi sunt hic ejus errores: primus est, quod illum adolescentem mentitum putet, quem superiore verso refutavimus. Hic dignus erat veriā, nec error appellandus, quia nulli, ut diximus, et graves auctores in eadem fuerunt opinione; nisi illi catholicus, Calvinus hereticus animo dixisset; non, ut aliquid eorum auctoritatibz tribueret, quos si scivisset ita sensisse, contrarium fortasse, ut solet, dicturus fuisse; sed ut evangelica consilia, que illi probarunt maximē, et secuti sunt, non solū ipse non sequeretur, sed etiam refutaret, et quantum

VERS. 21.—*Si vis perfectus esse.* Marcus et Lucas: *Unum tibi doest, quod addictus sis divitiis, hoc tibi doest ad salutem.*

in se esset, penitus tolleret. Secundus est, quod nullum prorsus consilium esse putet, et hoc ipsum, quod Christus adolescenti dixit, ut sua omnia venderet, et dare pauperibus, sequērebat, non consilium, sed preceptum esse dicat, quod ante illum nemo cogitaverat. Est genus quoddam Pelagianorum, qui olim docere videbantur neminem salvum esse posse nisi omnia venderet, et dare pauperibus, quasi non consilium, sed preceptum hoc esset, non tam ab Augustino, epistola 89, paucis verbis refutati sunt, quam, ut insani, ab omnibus irisi. Etvero qui non videt consilium illud esse, quod, cum bonum sit, imperatum tamen non est; aliquip et perpetuum servare virginitatem preceptum esset, quia bonum esse D. Paulus testatur. At hoc Calvinus, ut opinor, non concedet: Nam si preceptum est, servari ergo ab omnibus debet; et qui non servant, salvi esse non possunt. Itaque et Calvinius suo errore ducatur necesse est, ut affirmet, quod olim Eustathius in concilio Gangreni condemnati affirmabant, neminem, qui uxorem haberet, salvum esse posse, et, quod stulti illi Pelagiani dicebant, neminem posse ad vitam aeternam pervenire, nisi omnia venderet, et pauperibus daret. Deinde quis tam obtusus est, ut non animadverterit, quam exquisitus studiosus verbis precepta Christus, consilium que distinguunt? Cum de preceptis loquitur, non dicit: *Si vis perfectus esse, serva mandata;* sed: *Si vis ad vitam ingredi;* cum vero de consilio, non dicit, si vis ad vitam ingredi; sed, *si vis perfectus esse.* Praterea mandatorum observationi, tanquam premium proponit vitam aeternam; *si vis, inquit, ad vitam ingredi, serva mandata;* observationi vero consiliorum non vitam aeternam, sed *thesaurum in celo,* id est, vite aeternae maiorum divitias pollicetur. Et non solum hec esse, sed beatorum principem et judicem, *sedebitis,* inquit, *et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Non possum ego melioribus verbis quam Augustinus, sermoni 61 de Tempore, aut probare, aut explicare evangelica consilia: *Altius, inquit, est consilium, aliud preceptum.* Consilium datur, ut virginitas conservetur, ut a vino et carnis abstineatur, ut vendarum omnia, et pauperibus erogetur; preceptum vero datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo derivat a malo, et faciat bonum. Denique de virginitate dicitur: *Qui potest capere capiat;* de iustitate vero non dicitur: *Qui potest facere, faciat;* sed: *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum excindetur, et in ignem mittetur.* Consilium qui liberet audierit, et fecerit, magorem habebit gloriam; preceptum qui non impleverit, nisi penitentia subvenierit, penam evaderet non poterit. Et rursus, in lib. de sancta Virginitate, c. 14: *Precepto,* inquit, *quisquis non obtemperat, reus est et debitor panis;* proinde quia uxorem dicere vel nubere peccatum non est; si autem peccatum esset, precepto vetaretur, propterea preceptum Domini de virginitate nullum est; sed quoniam devitatis remissione peccatis adeunda est vita aeterna, in qua est quedam egregia gloria, non omnibus in aeternum victus, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequenda varium est liberatum esse a pecca-

910  
tis, nisi aliquid ipsi liberatori voveat, quod non sit criminis non vorisse; sed vorisse ac reddidisse sit laudis: *Consilium, inquit, do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, ut fideli essem,* 1 Cor. 7, 25; et ejusdem libri c. 50: *Nec enim sicut non macaberis, non occides, ita dici potest: Non nubes; illa exiguntur, ista offeruntur.* Si fuit ista, laudatur; nisi fuit illa, damnatur; in illis Dominus debitur imperat vobis; in hoc autem, si quid amplius supererogaveritis, in redendo reddet vobis; et sermone 18 de Verbis Apostoli: *Quid jubes, ne adulterie simus? hoc præcipit;* amando te plus facinus quam jubes. *De virginibus, ait apostolus, 1 Cor. 7, 25, præceptum Domini non habeo.* Ergo quoque hoc faciunt. *Consilium autem do,* ille autem mentes, quibus terrene impie invenerunt, que terrenos amplexus non desideraverunt, usque adeo acceptaverunt præceptum, ut non recusaret consilium. Eani Calvinista, et negant illum esse consilium, dicant opera supererogationis sophistarum esse commentum. Nos enim Christum et D. Paulum consiliorum ac præceptorum doctores atque assertores; Christi vero ac D. Pauli D. Augustinum, omnemque omnino veteres auctores interpretes habemus. Calvinista, quia evangelica consilia servare nolunt, esse non credunt, aut se credere dissimulant, et obiecunt illud tritum, quod Christus ait apud Lucam: *Cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutilis sumus;* quod deinceps facere fecimus, hæc habet eximius interpres: *Tria Calviniani his verbis significari dicunt.* Primum non posse nos plus facere quam præceptum est, nullum opus, ut vocant theologi, *supererogationis,* quia quidquid facimus, aut facere possumus, multis nominibus dehinc Deo, quemadmodum servus illi nihil fecit, nec facere potuit, nisi quod debuit. Incredibilis exercita non videntur ex hoc loco id colligi non posse, contrarium vero posse. Nam ubi, quaso, aut dicit, aut indicat Christus nihil nos plus facere posse quam debeat? Quia servus ille non fecit? At si non fecit, facere profecto potuit. Nam si non potuisse, non utique dixisset, dominum illi gratiam non habuisse, quia nihil fecisset, nisi quod facere debebat, indicans gratiam illi, si plus fecisset, habitur; quod non indicasset, nisi plus facere potuisse. Itaque ex parabolâ non colligitur, quod haeretici volunt, contrarium vero colligitur. Minus etiam illud, magis hoc colligitur ex conclusione. Non enim concludit Christus: *Sic vos non potestis facere, plurimum præceptum est vobis,* quod concludendum erat, si, quod isti boni interpres Scripturarum volunt, dicere voluissent; sed concludit: *Sic et vos, cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutilis sumus;* quod cum dicit, indicat haud dubiè posse nos plus facere aliquando, quam nobis præceptum sit; quod si fecerimus, servi utilis erimus. Objiciunt rationem, nos, quanti quanti sumus, Dei esse, sicut mancipium domini sui est, quidquid est, nihil ergo facere posse, quod Deo, etiam si nullum præceptum esset, non alii nominibus debeat, proprieta servum, non mercenarium, sed mancipium interpretantur. Et quidem veteres reperiunt auctores, qui hoc idem, sed alio opinor sensu dicere videantur, Chrysostomus, homil. 54 ad populum Antiochen., et Ambrosius in Commentariis ad hunc locum: *Sicut, inquit, tu non solus non dicas servo tu: Reconcili, sed exigis ab eo aliud ministerium, et gratias ei non agis, ita nec in te patitur Dominus unius usum esse operis, aut laboris; quia dām viem, debemus semper*

## NOTA EDITORUM.

Alia est ejusdem loci expositio ad v. 10, cap. 17, S. Luce, quā Maldonatus haereticorum errorem oratione majori ex promissis insequitur, ac scopum à bono intentum egregie admodum explanat. Ad illa nempē Christi verba: *Sic et vos, cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutilis sumus;* quod deinceps facere fecimus, hæc habet eximius interpres: *Tria Calviniani his verbis significari dicunt.* Primum non posse nos plus facere quam præceptum est, nullum opus, ut vocant theologi, *supererogationis,* quia quidquid facimus, aut facere possumus, multis nominibus dehinc Deo, quemadmodum servus illi nihil fecit, nec facere potuit, nisi quod debuit. Incredibilis exercita non videntur ex hoc loco id colligi non posse, contrarium vero posse. Nam ubi, quaso, aut dicit, aut indicat Christus nihil nos plus facere posse quam debeat? Quia servus ille non fecit? At si non fecit, facere profecto potuit. Nam si non potuisse, non utique dixisset, dominum illi gratiam non habuisse, quia nihil fecisset, nisi quod facere debebat, indicans gratiam illi, si plus fecisset, habitur; quod non indicasset, nisi plus facere potuisse. Itaque ex parabolâ non colligitur, quod haeretici volunt, contrarium vero colligitur. Minus etiam illud, magis hoc colligitur ex conclusione. Non enim concludit Christus: *Sic vos non potestis facere, plurimum præceptum est vobis,* quod concludendum erat, si, quod isti boni interpres Scripturarum volunt, dicere voluissent; sed concludit: *Sic et vos, cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutilis sumus;* quod cum dicit, indicat haud dubiè posse nos plus facere aliquando, quam nobis præceptum sit; quod si fecerimus, servi utilis erimus. Objiciunt rationem, nos, quanti quanti sumus, Dei esse, sicut mancipium domini sui est, quidquid est, nihil ergo facere posse, quod Deo, etiam si nullum præceptum esset, non alii nominibus debeat, proprieta servum, non mercenarium, sed mancipium interpretantur. Et quidem veteres reperiunt auctores, qui hoc idem, sed alio opinor sensu dicere videantur, Chrysostomus, homil. 54 ad populum Antiochen., et Ambrosius in Commentariis ad hunc locum: *Sicut, inquit, tu non solus non dicas servo tu: Reconcili, sed exigis ab eo aliud ministerium, et gratias ei non agis, ita nec in te patitur Dominus unius usum esse operis, aut laboris; quia dām viem, debemus semper*

operari. Ergo agnosce le esse servum plurimis obsequiis defeneratum. Non te præferas, quia filius Dei diceris; agnoscenda gratia, sed non ignoranda natura. Nec te jactes, si benè serviisti, quod facere debuisti. Obsequitur sol, obtemperat luna, serviant angeli. Hac ut intelligantur, adhibenda distinctio, quam et Euthymius animadverit. Alia Deo debemus, quia ab eo nobis data; alia, quia præcepta. Nec enim tam severè voluit Deus agere nobiscum, ut quidquid illi iure debebamus, exigeret; si species, quid ab eo accepimus, omnia illi debemus, quia nihil non accipimus; si speciemus quid nobis præcepit, non debemus omnia: multa infirmati nostre concessit, decem tantum præcepta nobis dedit. Potuit iure suo a nobis exigere ut omnes virginatus servaremus; potuit, ut omnia que habemus distribueremus in pauperes; nam et haec omnia ipse nobis dederat, et poterat reponere iure suo; sed noluit, quia ipse cognovit figuramentum nostrum (Psal. 102, 14), ut scipie solet Chrysostomus dicere. Cum ergo facinus aliud boni, quo præceptum nobis non est, plus quidem facinus quam præcepti iure debemus, non plus quam, si Deus summo nobiscum iure agere voluerit, debeberemus. Nam et à mancipiis suis solet aliquando domini, non quidquid iure possunt, exigere, sed quod mediocri studio atque labore facere possunt; tantum si sibi quotidie lucri afferant, aut tantum ut in vinea sua laborent; si quid præterea facere possint, sibi faciant. At urgent heretici. Deum à nobis quidquid iure suo exigere potuit, re ipsa exegisse. Quid enim fecisse reliqui, qui a nobis exigit, ut ex coto corde, ex totâ animâ, ex totis viribus diligemus? qui enim minus quam potest faci, cum non totis ulti-que viribus amare. — Respondeo illud non speciale, sed generale præceptum esse; nec enim in Decalogio contineatur; quare accommodatè ad præcepta Decalogi, que propriè præcepta sunt intelligendum. Totis igitur viribus Deum diligimus, quando totis viribus in decem præceptorum observationem incumbimus. Ex totâ animâ diligimus, quando parati sumus vitam potius effundere, quam præceptum Dei ultimâ violare, etiam si alia bona, que præcepta non sunt, queaque facere possemus, facere nolimus. Atque hæc edem ratione secundus eorum error, quem ex hoc loco confirmare solet, refutatur. Dicunt nos ne id quidem, quod præceptum nobis est, posse perficere; nec enim posse ex totis viribus Deum diligere, quod nobis utique præceptum est. Ridiculus error, et ipse se refellens. Quid enim est totis viribus Deum diligere, nisi quantum possumus diligere? ut illi omnia, que volunt, disputandi causa concedamus. At cui dubium esse potest, posse nos diligere, quantum possumus? Si enim non possumus, quomodo possumus? et si possumus, quomodo non possumus? Praterquam quod, ut modò declaravimus, diligere Deum totis viribus non est diligere quantum omnino possumus, sed quantum possumus efficere ne ejus transgrediens præceptis eum offendamus. Tertius error est, qui majorè videtur ex hijs parabolæ conclusione probabilitate colligi; nullam nobis deberi mercedem, etiam si præcepta omnia ad perfectum ob-

servaverimus. Numquid, inquit, gratiam habebit servus illi, quia fecit quæ ei imperaverat? et: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicit: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus, v. 9, 10. Et verò magnum hic locus omnibus auctoribus negotium facit. Doceamus prius ex eo non colligi, quod hereficii colligere conantur. Primum quidem in parabolâ non dicitur: Numquid mercedem dabit illi? Sed: Numquid gratiam habebit servus illi? gratiam, que minus quam merces videtur esse, multò plus quam merces est, nempe corollarium mercedis, quod propter graviter a servo navatam operam supra pactum convenientum superadditum; que idem gratia, non merces appellatur, quia non ex pacto et iure, sed ex domini liberalitate, morsisque, ut vulgo dicunt, honestate debetur; debetur tamen. Nam queror a dominis ille, qui in parabolâ propontur, servo, qui in agro primùm toto laboraverat die, dum clementi sibi noctu ministravit, nullam pro labore mercedem solvit? Quis negat? Negat Calvinus, sed aliter probare non potuit quam in genere illum mancipium fuisse pecunia emptum, non hominem mercede conductum. Quod ille fragmentum ne conjecturâ quidem illâ probare potest; et nos ex perpetua Scriptura consuetudine servos mercenarios appellantis, et ex verbis ipsius hujus loci refutamus. Cum enim dicit: Numquid gratiam habebit servus illi? indicat de eo se logui servo, cui dominus gratiam habere solet; non solet autem mancipio, sed mercenarii gratiam habere; presertim si, ut ego quidem puto, χάρος ἔγειρα, gratiam habere, hoc in loco est præter constitutum mercedem aliud dare. Nam etsi gratiam habere tam Græcum latine ad solidum annum referri solet, sicut gratiam referre, et Græcē χάρος ἔγειρα, aut ἀνταπόστασις, ad remuneracionem, tam arbitrio hoc loco esse tapinosum, quia ut vulgo solemus, plus quam dicimus insinuantes: Hoc si feceris, gratiam habebis, indicare die non habitum modò, sed etiam relatorum gratiam. Cum ergo Christus in parabolâ non significet dominum illum, de quo loquatur, mercedem servo suo non solutum, sed non habitum gratiam, id est, nihil præter mercedem daturum esse, nec, cum dicit in conclusione: Cum feceritis omnia, que præcepta sunt vobis, significat nullam nos propter præceptorum observationem mercedem habitus; sed nihil habitus præter mercedem eam, que observantibus præcepta constituta atque promissa est. Nam præceptorum quidem observationem certam in celo mercedem respondere universa Scriptura docet supra, c. 6, 25, 55; Matthæi. 5, 12, et 10, 41, 42; Marc. 9, 41, 1 Cor. 5, 8, 14, et 2 Epistolæ Joan. 8, Apocalypsis 41, 18, et 22, 12. Quid ergo est: Dicit: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus? Sunt qui non tam verè quam humiliatis causa dictum interpretari videantur, quasi id tantum Christus agat, ut doceat nos non afferri animo, cum omnia que præcepta nobis sunt servaverimus; fecisse enim tantum quod debebamus, quoniam humiliiter de nobis sentire oportere, existimareque aut nihil nos fecisse, aut nulla dignos esse mercede, cum nihil, nisi quod debe-

ramus facere, fecerimus. In hanc sententiam hoc testimonió sep̄ntunt veteres auctores, Origenes, homil. 12 in Josue, Cyprian., lib. 5, Epistolæ 6, et lib. 5 ad Quir., 51, Chrysostom., in serm. de Pœnitentiâ et Confessione, Hieron. in Epistolâ ad Ctesiphont. contra Pelagianos, Bernard., sermone 4 in Psal. 90, et Epistolâ 142, Theophylactus in Commentariis, et Cyrillus apud D. Thomam. Alii, ut Beda et Lyranus hoc loco, servos nos etiam cum omnia fecerimus, inutiles existimare debet, quia nihil Deo utilitatis attulimus, qui bonorum nostrorum non indiget. Ceterum non id, opinor, agebutur, ut probaret nihil nos utilitatis Deo affere posse; sed nihil nobis præter constitutum debito ministerio deberi mercedem. Nam servus quidem ille, qui in parabolâ proponitur, aliquid domino suo utilitatis attulit. Et si non nullam Deo utilitatem affere possumus, non impotentiâ nostrâ, qui aliquid certè facimus, sed Dei nullâ re indigentia naturâ fit. Neque concludit Christus: Dicit: Servi inutiles sumus, quia nihil Deo utilitatis attulimus; sed quia quod debuimus facere fecimus, quod aliud esse dubium non est. Alium etiam idem Beda interpretationem affert: Servi inutiles sumus, quia etsi aliud mercedis meriti sumus, minus tamen meruius quam nobis dabitus, si labor nostro, mercesque sequâ lance pensantur, quia non sunt condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam que revelabitur in nobis (Romani. 8, 18). Neque hic videtur esse sensus: nam non propterea dominus ille servo suam gratiam non habuit, quia minus quam promissa requirebat merces, sed quia non magis laboraverat. Et si non jubemur dicere: Cum omnia fecimus quibus præcepta sunt, servi inutiles sumus, quia minus meruius quam nobis datus, sed quia quod debuimus facere fecimus. Quo ergo sene hoc loco servi inutiles appellantur, ex propoziti parabolâ intelligentem est. Quid enim in parabolâ est servo illi nullam à domino deberi gratiam, hoc probat dubio in conclusione est servum imutilem esse, cum cadem sententia, alii tantum verbis hoc pro illo ponatur. Gratia autem in parabolâ non significat mercedem ex pacto pro exhibito labore ac ministerio servu promissam, debitamque, sed mercedem cumulum atque corollarium, quoniam servi qui plus quam debent laboraverunt, donari solent. Idem ergo est servos inutiles esse, cum fecerimus omnia que præcepta sunt nobis, non quidem nihil præceptorum observationem meruisse; sed nihil meruisse præter mercedem, que præceptorum observationi respondet. Vult igitur Christus non gloriari nos, cum præcepta servaverimus, quia etsi mercedem nostram meriti sumus, tamen nihil singulare, nihil egregium et extimum fecimus, nihil quod non quilibet servus facere debetur. Nas tam ostendamus quod id fecerimus, quoniam vituperabile esset si non fecissemus. Non solet laude gloriosa videri digna nisi que egregia et singularia sunt. Quemadmodum supra, Luke c. 6, v. 25, dixit Christus: Si diligitis eos quibus diligunt, que vobis est gratia? Utique diligentes se diligere, virtus aliqua est digna mercede, sed quia communis, non singularis virtus est, digna non est gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt, ut ibi subjungitur. Eodem sensu dicebat D. Paulus, 4 Corinth. 9, 16, 18: Nam etsi evangelizvero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Quae est ergo merces mea? ut Evangelium prædicans sine sumptu ponam Evangelium. Dicit se, si evangelizet, neque gloriam, neque mercedem habere, non quid mercede pro evangelizandi munere non habeat, cùm alio loco de eodem loquens dicat: Unusquisque secundum suum laborem propriam mercedem accepit, 1 Corinth. 5, 8, sed quid nullam singularem gloriam mercedemque mereatur, cum necessitas enim illi incumbat. Quia ergo ejus gloria, quæ singularis et propria merces erat? ut Evangelium prædicans, sine sumptu poneret Evangelium; cùm posset ex Evangelio vivere, ut omnes apostoli faciebant, cùm tamē potestate non uteretur. Cujus interpretationis Bernardum auctorem invenio, qui, nisi fallor, ita hunc locum in tractatu de Præcepto et Dispensatione videtur intellexisse, unde multa lis contraria, quæ hinc hereticus, falso colligunt, verè colliguntur. Primum posse nos non solum que præcepta sunt omnia, sed plus etiam quam præceptum est facere, et servos utiles esse, sicut potius servus ille plus facere quam fecit, plusque quam debuit; quod si fecisset, gratiam illi dominus habuisse. Deinde exhortandos esse homines ad observandum evangelica consilia; nam ad ea nos Christus hic exhortatur. Sic enim dicit: Cum feceritis que præcepta sunt vobis, dicit: Servi inutiles sumus, ostendit nos posse plus etiam quam præceptum est facere, et servos utiles esse, sicut potius servus ille plus facere quam fecit, plusque quam debuit; quod si fecisset, gratiam illi dominus habuisse. Deinde exhortandos esse homines ad observandum evangelica consilia; nam ad ea nos Christus hic exhortatur. Sic enim dicit: Cum feceritis que præcepta sunt vobis, dicit: Servi inutiles sumus, tanquam dicitur. Nolite sola præceptorum observatione esse contenti; pergit porro, et consilia etiam mea servate. Sicut adolescenti illi dixit: Si sis perfectus es, vade, vende universa quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequare me. Denique quemadmodum præceptorum observationi merces justa respondet, ita observationi consiliorum cumulata quamdam mercedem, id est, mensuram bonam et confortam, cogitatum et superefluentem responderem, que gratia hic, à D. autem Paulo gloriosa et merces appellatur. □

ET HABERIS THESAURUM. Valde risi, cum apud magnum quendam hereticorum interpres han expositionem legerer, ne, inquit, putaret sibi deperita esse bona, si illa pauperibus daret, adjunxit præcepti hujus utilitatem. Per imitationem autem loquitur ob id quod hic adolescens non simpli- citer bona sua, sed thesauri loco possidebat. Quasi dicat: Putas te thesaurum habere, quia dives es, majorem habebis in celo, si me audieris. Quæ omnia propterea hereticus iste dicit, meritis hominum operum, quæ hinc manifestissimè colliguntur, colligi posse videantur; propterea paucis verbis multos errores complexus est; quod præceptum vocet, quod mercede est; quod propter puto Christum vitam aeternam thesaurum appellasse, ut ad adoles-

scensit opinionem alludere, qui magnum se habere thesaurum arbitraretur; quod nolit sensum esse proprius relictus, et pauperibus data bona thesaurum in coto illum habiturum, ne merita concedere videatur. Primum errorum satis paulo ante refutavimus. Secundum non magnopere opus est ejus refutare, quia quisquis aliquid habet iudicii, faciliter reprehendet, et ridebit. Quis enim tam hebes est, ut non animadverteret voluisse Christum ad mercatorum consuetudinem alludere, qui uno loco minoram pecunias summandare solent, ut in alio longe distante maiorem recipient? Propterea ergo vitam aeternam thesaurum appellavit, quod hic bona reponantur, ut illic aucta inventantur: sicut solet quotidie crescere thesaurus, cum ab aliquo reconditur: quemadmodum, c. 6, 20, Christus dixit: *Theusauris vobis thesaurus in celo, ubi neque argo, neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt, neque furantur.* Agebat autem de elemosynis, sicut hoc loco, significatene cum, qui dat elemosynam, quasi in cœlum thesaurum transmittere, sicut Salomon dixit, Proverbiorum 19, 17: *Fœneratur domino, qui miseretur pauperi.* Ex illo ergo superiori loco, non ex hereticorum interpretatione hic est intelligendum. Præterea quis non animadvertisse Christum Lumen divitem, et, ut vero simile est, dedit lucro super majoris luci, quia ejusmodi homines capi solent, ad regnum cœlorum altiere? quasi dicat: etiam si multa habeas bona; multa tamen plura, majoraque recipies, si ea pauperibus dederis. Itaque tantum abest, ut volunt Christus ad thesaurum, quem se adolescentes habere arbitrarentur silire, ut potius volunt significare illum nihil habere, si ea, que habebat, cum regni cœlorum divitias compararentur; illum enim, ut dives sit, tamen thesaurum non habere, quem non nisi reges, nec illi quidem omnes habent: in cœlo autem thesaurum habiturum. Thesaurum ergo regni cœlorum opibus adolescentes non nequiperat; sed opponit: quemadmodum si quis exiguo possessionibus ingentes totius mundi opes opponat. Præterea illud Christus significat cum majorem in cœlo glorian habitum, si evangelica consilia, quam si sola præcepta secutus fuerit. Nam qui præcepta sola sequuntur, singuli singulos tantum denarios accipiunt, ut sequenti cap., versu 9 et 10, explicatur: illum autem, si preter præcepta, que jam serraverat, hoc etiam consilium amplexus fuerit, ut omnia sua bona pauperibus tribuat: non tantum denarum: sed ingentem etiam thesaurum accepturum esse. Atque hinc etiam tertius error refutatur: ex hoc enim sensu, quem proprium ac genuinum esse constat, manifestum est homines per elemosynas, et proinde per omnia opera bona vitam aeternam promoveri. Idem enim, in modo majus quiddam hoc loco significatur, quam apud Lucam, cap. 16, 9: *Facite vobis amicos de munera iniunctis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Nam et

Vers. 23 et 24. — Quæ sequuntur sententiae, ex hac ipsa exponi debent: nam impossibile rectius per difficile, quam vice versa intelligitur. Res est validè

illuc de elemosynis agitur, et facere sibi amicos nihil aliud est, quam eorum amicitiam, gratiamque promoveri. Atque hoc sensu omnes veteres doctores interpretantur. Cyprian., lib. de Operc et Eleemos, negotiatorem ecclesiæ gratia, et comparatorem salutis externe distractis omnibus rebus suis pretiosam margaritam, hoc est, vitam aeternam Christi cruxem preciosam de quantitate patrimonii sui dicit debere mercari, et Hilari. *Jacturā, inquit, terrena substantia cœlorum opes emenda sunt;* et Chrysostom., homil. in Matthæum 64: *Nam quantum magni illi cura de pecunia erat, et quandoquidem ipsum cuncilius dendari rebus consulabat, ut ostendat non anissurum bona sua: sed tantū plura, majoraque inventurum, quanto terra cœlum prestabilis est, retributionis præstantiam thesaurum appellavit, et simul statim, atque incorruptibilitatem premii, ut fieri poterit, humano verbo significanter expressit.* Ad eundem modum Chromatius, in commentatoris in c. 6 Matthæi.

Et veni, sequere me. Tria Christus adolescenti facienda prescrivit, ut omnia bona sua venderet, ut confectam pecuniam pauperibus dare, ut se sequeretur, quod ultimum omnium summa erat. Nam et Socrates, ut et Hieronymus, et alii multi philosophi distulisse contempserunt; sed quia Christus sensu non sunt, nihil illis proficit. Quomodo autem Christus intelligat *sequere me,* minus certum est, quam vulgo videtur existimari. Clemens Alexand., lib. Stromatum 4; Hieronymus, hoc loco, alique nonnulli interpretantes de Christi imitatione dictum intelligunt, quod et ex Marco, 10, 21, videtur confirmari, ubi in quibusdam Graecis codicibus legitur *ἀκούει τοι ἀπόστολος κριεῖν:* sed verbum illud, *reni*, indicat Christum non de initiatione solum, sed de corporali etiam conitatu agere, invitareque eum, ut se sequatur, quemadmodum Apostoli, et familiares discipuli sequerentur. Quod autem Marcus ait *tollens crucem*, si cam lectio non admittimus, contrarium hinc interpretationi non est. Nam Apostoli et discipuli maxime crucem ferebant, qui Christum non animo tantum, verum etiam peccatum proximi sequerantur.

Vers. 22. — Abit TRISTIS. Heretici interpretantur proprie tristem abisse, quia victus, atque confusus conscientia sua fuerat, quod mandata non servavisset: quemadmodum se paulo ante jacaverat: sed hanc interpretationem, jam versus 20 refutavimus. Tristis ergo abit, quia, cum mandata servavisset, non existimabat quidquam sibi tam arduum, quam Christus dixit, ad consequendam perfectionem superesse, ut vendenda sibi omnia bona essent, et pauperibus distribuenda. Denique rationem, cur tristis discesserit, expressit Evangelista, *erat enim habens multas possessiones.* Facilius enim est pauca quam multa bona derelinquere.

Vers. 25. — DIVIS. Marcus, c. 10, 25, et Lucas, 18, 24, pro diuite dicunt, qui pecunias habet, non difficile divitias non confidere in divitias. FACIUS EST CAMELUM. Benè verit Vulgata, *camelum: nam κέρατος; per iota, significat ridentem, aut funem cras-*

quantascumque, sed magnas pecunias intelligentes: de divitibus enim Christus, ut Matthæus explicavit, loquebatur.

DIFICILE INTRABIT IN REGNUM CŒLORUM. Marcus scribit Christum circumspexisse, dixisseque: *Quād difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt:* quod utrumque ad sententie commendationem et exaggerationem pertinet. Circumspexisse enim ad postulandam attentionem rem maxima necessariam dicturus videtur, et eadem de causa usus admiratione: *O quād difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.* Potest dubitare lector, quorsum hoc de adolescenti Christus dicat, et quorsum apostolis; cum adolescentem à præceptorum observatione, nec à regni colorum ingressu; sed à sola evangeliæ perfectionis consecutione divitiae retardaverint. Responso est facilis, Christum ex adolescenti, qui propter divitias à consilii evangelicus deterritus fuerat, occasionem accepisse de divitibus in universo genere disputandi, quomodo à vita aeterna propter divitias retardantur.

Vers. 24. — ET ITERUM DICO VOBIS. Marcus, c. 10, 24, scribit, antequam hoc Christus diceret, discipulos miratos fuisse; unde horum verborum sensus colligendus est, quia enim Apostoli mirabantur, quasi nimis dura esset ac severa sententia; respondit Christus eam etiam, atque etiam exaggerans, et severiorē redens; atque hoc est, quod aut, *iterum dico vobis,* quasi dicat, non solum, quod modo dixi, verum est; sed amplius etiam vobis dico *facilius esse camelum per foramen acrius transire,* quam divitem intrare in regnum colorum.

FACIUS EST CAMELUM. Absurditas, ut videbatur, aut potius admirabilis hujus sententia in causa fuit, ut quidam camelii nomine nauticum funem, quo anchora alligatur, intelligent: quasi absurdum esset camelum pragrandem, et deformem bellum per foramen acrius introire: finis autem cum acri analogiam aliquam haberet, quia solet filum, aut funiculus per foramen acri induci, et auctore Suidi Gracum nomen κέρατος id etiam significat. Sic Theophilus. interpretatur, et nonnulli alii, ut opinor, Graeci, ut refert Euthym. Alii pejus in urbe Jerosolymitanâ portam quamdam fuisse fingunt, quae foramen acri appellatur, adeò humilem, ut camelii per eam, nisi expellatur, ingredi non possent. Ibi interpres non animadverterunt, quod absurdior videtur, eò veriorē oportere esse sententiam: propterea enim Christus dixit facilius esse camelum intrare per foramen acrius, quam divitem in regnum colorum, quia camelum per foramen acrius maximè absurdum, et impossibile erat; et volebat significare maximè absurdum, et impossibile esse, ut dives in regnum colorum introiret, sicut paulo post, versus 26: *Hoc, inquit,*

sicut: proverbum erat tum apud Judæos usitatum, cum rem impossibile esse affirmabant, idque in vestitoribus eorum libris occurrere testatur Ricardus Simo.

*apud homines impossible est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Itaque quā ratione moti sunt, ne camelum animal intelligenter; etā maximè moveri debuerunt, ut animal interpretarentur, quemadmodum Origenes, Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, auctor Imperfeti, Juvencus, lib. 5 Hist. evang.; Sedulus, lib. 4 Carmínium, interpretantur. Syrus etiam interpres verit *κέρατος,* quod non potest, nisi camelum animal significare. Erat autem haec proverbialis vulgo locutio, quæ cum aliquid significabatur, impossibile esse, dicebatur facilius camelum per foramen acri introire posse, quād id fieri, quemadmodum et Thalimdiste sepe loquuntur, ut multi jani viri docti annotaverint. Est autem hyperbole, et exaggeratio, qualis in ejusmodi proverbiosis esse solet. Itaque disputare quomodo difficultus sit divitem in regnum colorum, quād camelum per foramen acri introire, inanis est operæ: cùm sententia summan esse constet valde esse difficultem divitem in regnum colorum introire, nec sit necesse, ut difficultius sit, quād ut camelus per foramen acri introeat, quia, ut diximus, proverbialis hyperbole est. Illud majoris, ut arbitror, est operæ pretii investigare, cur potius de divitiis, quād de alii rebus hoc dictum sit, cùm multis sint aliae, quæ hominis salutem magis impediunt, ut ambitio, libido, iracundia. Ratio, ut ego quidem existimo, est: quād extreæ res, etiæ aliquip magis, tamen ploresque minime impediunt, divitiae vero fere omnes retardant, quia omnes avaritiae student, à minore usque ad maiorem, Isaïe 50, 11, et Jeremie 6, 13, et 8, 10, et de ipsiis Evangelii predicatoribus loquens D. Paulus ad Philipp. 2, 21, dixit: *Omnes, que sua sunt; querunt, non que sunt Iesu Christi.*

Vers. 25. — QUIS ERGO POTERIT SALVUS ESSER? Quasi dicant, cùm omnes divitiae incumbant, et divites in regnum colorum introire non possit, quis salvus esse poterit? Marcus, c. 10, 26, ait apostolos hoc dixisse *κέρατος εκεῖνος inter se ipsos, id est, tacitè, ita ut ipsi soli audire possent, quod idēo notandum putavit, quia ex eo vers. 26 intelligendum est.*

Vers. 26. — ASPICIENS. Propterea, ut arbitror, Christus discipulos aspergit, ut indicaret se eorum cognovisse cogitationes, sermonesque, quævis secretos, intellexisse; etiæ enim pertinet, quod Marcus, ut paulo ante annotavimus, scriptis apostolos hos inter se tantum sermones mississat.

APUD HOMINES HOC IMPOSSIBLE EST. Omnes evangeliste in eo convenient, ut priori loco doceant difficile esse divitem intrare in regnum colorum: secundo loco dicant impossibile esse. Quod magnum est argumentum eos non sententiam tantum: sed verba etiam Christi recitasse, Christumque voluisse sententiam suam magis exaggerando confirmare. Primum enim simpliciter dixit difficile esse divitem in regnum colorum introire: secundo loco dixit facilius esse

Vers. 26. — APUD DEUM OMNIA POSSIBILIA SUNT. Protest Deus gracie sue vi cupiditatem illam, abusum, corruptionem ab ipsis divitias divellere, et contemptum earum impetrari.

camelum introire per foramen actis. Tertio impossibile omnino esse, sed apud homines, non apud Deum.

VERS. 27. — TUNC RESPONDENS PETRUS, id est, verba facere exorsus, eo hebraismo, quo, ut sep̄e notavimus, respondere dicitur, quicunque loquitur, quamvis nemini interroganti, aut loquenti respondeat. Quanquam hoc loco Petrus videri potest Christo prius locuto respondere.

ECE NOS RELIQUIMOS OMNIA. Causam cur hoc Petrus interrogaverit, nonnulli fuisse putant, quid Christus adolescenti dixisset: *Vade, et vende quae habes, et da pauperibus, et veni, sequere me*: Petrus verò de se, deque aliis apostolis dubitaverit, quale esset premium habituri, quia, etsi sua omnia reliquerant, tamen ne vendiderant, nec pauperibus dederant; ita ut non videntur Christi satificisse consilio, nec digni esse, ut promissum adolescenti in eodem thesaurum consequerentur. Scéns, ut mili videtur, potius appareret voluisse Petrum significare se aliosque apostolos fecisse jam, quod Christus ab adolescenti illo postulaverat, quemadmodum Origen., Hieronym., et Chrysost., existimat. Cur ergo dubitabat, quid erit nobis? cur non credebat se, ceterosque apostolos thesaurem in celo habituros? quia thesaurem Christus idē adolescenti promiserat, quia possessiones multas reliquerat; apostoli verò paucas, et exiguae, aut etiam nullas reliquerant; idē thesaurem in celo sperare non audent: sed quia aliquem in celo gradum sperant, interrogant qualis, quantus futurus sit. Nec illud probo, quod interpres illi absolutè et sine exceptione pronuntiant apostolos bona sua non vendidisse, ne dedisse pauperibus. Nam esti id in Scripturā expressum non est, tamen est credibile, et apostolorum virtuti, perfectionique conscientiae aut omnes, aut aliquos vel omnia, vel aliqua ex iis que habebant, vendidisse, ac dedisse pauperibus, qui verò non vendiderant, propinquis suis, qui verò pauperes erant, reliquies, idque ex Petri interrogatione hanc improbabili conjectura colligitur, cum enim rogat: *Ece nos reliquim os omnia; quid ergo erit nobis?* quamvis non dicat vendidimus, et pauperibus deditum; intelligi tamen vult, quia significat se omnia fecisse, quia Christus ab adolescenti postulabat. Quenadmodum versu sequenti Christus respondit: *Amen dico vobis, quid vos qui secuti estis me. Quamvis non dicat eos sua omnia reliquise, intelligitur tamen. Dicit aliquis, quomodo Petrus, et reliqui apostoli fecerant, quod ab adolescenti Christus requirebat, siquidem pauca quedam, et vilia reliquerant; ille autem possessiones multas, quas habebat, reliquere jubebatur. Respondet aliecu D. Gregorius, et ejus verbis Bernard., in declamatione in hęc verba: *Multum deseruit, qui voluntatem habendi dereliquit. A sequentibus tanta relicta sunt, quam à non sequentibus desiderari potuerunt.**

Vers. 28. — Vos qui SECUTI ESTIS ME. Non dicit reliquistis omnia; sed dicendo, quod maius erat, quod

Vers. 27. — RELIQUIMOS OMNIA. August., Epist. ad Paulinum: *Revera omnia contemni, qui non solum*

erat minus, intelligit, ut D. Hieronym. indicavit.

IN REGENERATIONE. D. Hilarius, et auctor Imperfeti, homil. 33, regenerationem baptismum interpretantur. Sic enim apud D. Paulum appellari ad Titum 3, 5, aut tempus, quo baptismus frequentandus erat post Christi resurrectionem, quasi dicat fore ut apostoli, cum Ecclesiæ florere cooperit, in magna sint, sicut ipse, auctoritate. Sed manifestum est regenerationem hoc loco extremum iudicium appellari, sive quia tunc totus mundus renovandus est, et quandomodo regenerandus, ut ait Joan., in Apocal., c. 21, 1: *Vidi celum novum, et terram novam, et vers. 5: Ecce nova facio omnia, et D. Petrus, in secunda epistola, cap. 5, 15: Novos verò caelos, et novam terram secundum promissa ipsius expectamus*, et Isaia, cap. 65, 17: *Ecce ego crea caelos novos, et terram novam*, et c. 66, 22: *Sicut evasi novi, et terra nova, quia ego facio stare novam me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum*, et D. Paulus ad Romanos 8, 21: *Ipsa creatura liberabit a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei*: sive qui tunc mortalitatem extitit, induit verò immortalitatem regenerandi quadammodo homines sumus, ut D. Paulus ait, 2 ad Cor. 5, 4, nam et qui sumus in hoc tabernacula, ingenitum gravata, et quod nolumus expoliari, sed supervestiri; ut ab orebeat, quod mortale est, a vita; et ad Philip. 3, 21: *Reformabit corpus humiliatis nostrum configuratum corpori claritati sua*. Sic D. Augustinus. libro 5 contra duas epistolam Pelagianorum, cap. 5, et libro 4, cap. 11, et libro 2 contra Julianum, et Gregorius, libro 4 Moralem, cap. 23; Theophylactus et Euthymius, in commentatorib., et D. Bernardus, in Declamatione, quam in hunc locum scripsit, et Gaudenius in Praelectione in Exodum.

CUM SEDERIT FILIUS HOMINIS. D. Hilarius et auctor Imperfeti, qui per, regenerationem Baptismi vigorem et gloriam intelligent, sedere filium hominis interpretantur non in tribunali ad iudicandum; sed ad dexteram Patris, ubi paulò post resurrectionem in celum ascenderat sedere ocepit. Chrysostomus vero, Euthymius, et Theophylactus, etsi id de iudicio interpretantur, tamen non existimat ultam sedem neque Christi, neque apostolorum; sed solam gloriam, majestatemque significari, in qua Christus, et secundum illum Apostoli apparuit sunt. Non ag hie de Christi ad dexteram Patris sessione manifestum est, omnesque prater Hilarium, et auctorem Imperfeti interpres dicunt, cum de iudicio Christus loquatur: *Sedebitis, inquit, et vos, judicantes duodecim tribus Israel: quales autem et Christi, et apostolorum futura sunt sedes, nec certum est, et est fortasse curiosum inquirere, et aliquid definire velle temerarium; sed temerarium non est conjectura, quia nos docum, probabiliter soqui. Hanc igitur ego secutus et Christi et Apostolorum sedes nubes futuras arbitror, quia ubique Scripturam video dicere Christum in nube venturum, ut infra, cap. 24, 50, et 26, 64, et Apocyanum potius, sed etiam quantum volunt, habere con-*

calypsis 4, 7, et est vero simile in eadem nube, quā venturus est, sessum esse. Id etiam ex alio loco Apocalyp. colligitur, c. 14, 14: *Et vidi, et ecce nubes candidam, et super nubes sedentem similem filio hominis habentem in capite suo corona auream, et in manu sua faciem auctam. De Christo enim loquitur Joan., cum filium hominis appellat, et de extremo iudicio, ut fala in manu sedentis declarat. Apostolorum autem sedes futuras esse similes indicat hoc loco Christus, sedebitis, inquit, et vos super sedes duodecim; quasi dicat, sicut ego, ita et vos sedebitis. De numero sedis dum dubitari potest, quoniam duodecim futuras esse dicat, cum constet Judam unum è duodecim apostolis sessum non esse. Itaque si undecim tantum sedebunt, tantum undecim erunt sedes. Si prater undecim apostolos, qui sessurum, etiam Paulus, et Barnabas, qui postea ad Apostolatum extraordinari vocati fuerunt, sedebunt, non duodecim, sed tredecim erunt sedes. Respondet D. Augustinus, libro 20 de Civitate, cap. 5, Beda in Commentariis ad hunc locum, numerum certum, et finitum pro incerto, et infinito positum esse: quasi dicat, sedebitis unusquisque super sedem sum. Sed quia duodecim erant apostoli, qui busecum loquebatur, dixit, super duodecim sedes, quasi ultimū Judas sessus esset; non quid putaret esse sessurum; sed quid si in officio presidisset, sicut aliis, sessus fuisset: quemadmodum D. Chrysostomus annotavit. Loquitur enim Christus, ut theologi dicunt, secundum presentem justitiam, et non tam de personis quam de personarum statu: quasi dictum apostolorum officium hoc habere propositum premium, ut qui eo benè functus fuerit, super sedem in iudicio sessus sit, et ceteros iudicatur.*

JUDICANTES. Non displicet interpretatio Hieronymi, etsi nominalis displicere video, qui judicare hoc loco accipit pro condemnare. Quo autem modo iudicaturi apostoli sint, vix nobis compertum esse potest: quemadmodum magis quidam theologi dixerunt. Communis multorum opinio est eos non aliter, quam per comparationem iudicatores, qui illis creditibus ceteri Judaii credere noluerunt, quemadmodum viri Niniviti surgent in iudicio contra generationem hanc, quia in predicatione Iona penitentiam eggerunt; hec autem generatio Christo predicate noluit agere penitentiam, et regina Austri dicitur Judaeos condemnatura, quia venit à finibus terre audire sapientiam Salomonis, et ecce plusquam Salomon hic, cap. 42, 41, 42, sic Hieronym., auctor Imperfeti, et ali plerique interpretantur. Nonnulli vero theologi, quia plus apostolus hoc loco, quam Ninivitis, et regine Austri Christus videbat promittere voluisse, dixerunt apostolos iudicatores non per comparationem solum, sed tanquam ministros, et quasi praecomes Christi ejus sententiam promulgantes. Alii iudicatores esse tanquam Christi consiliarii, sicut ii, qui iudicis assident, dicuntur etiam iudicare. Quod è mihi minus placet, quod ab hereticorum interpretibus profectum video, et quis consiliarius ejus fuit? mihi illud certum videatur esse apostolos non per comparationem tantum, sed

duodecim tribus Israel. Similis huic oritur questio, cur duodecim tantum tribus apostoli dicantur iudicanti; cum tredecim essent tribus, si Levitica etiam numeretur; quia haud dubie est iudicanda, et non soli Judais; sed etiam gentibus Evangelium prædicantur, ex quibus multi obstinati non crediderunt. Ilias etiam Augustinus, et Beda respondent, numerum certum pro incerto positum. Id probo; rationem quam afferunt, non probo, quia, inquit, duodenarius numerus perfectionem universitatemque significat: quasi sensus sit universos homines iudicatores. Cur enim potius duodenarius, quam septenario, aut denario usus est numero, qui et ipsi universitatem solent significare? Causam ergo fuisse arbitror, quod Christus accommodatè ad eos, quibuscum loquebatur, et ad eos, de quibus loquebatur, locutus sit. Loquebatur cum apostolis, qui duodecim erant; loquebatur de Judæis, inter quos erat, et ad quos in primis venerat, et, cum quibus volebat apostolos comparare: quasi si eos illis præferret, omnibus præferret. Judæorum

autem, etsi trédecim re quidem ipsa erant tribus, tam quia Levitica quasi exempta ex numero era, et *ne primogenitorum loco data, non numerabatur: quasi non jam ad homines, sed ad Deum pertinet;* idéoque duodecim tantum tribus solebant nominari. Intelligit ergo Christus non solum duodecim apostolos, sed etiam trédecim Paulus. Barnabæ numeratis, excluso vero Juda, esse iudicatores non solum duodecim tribus, sed omnes etiam gentes, quibus Evangelium predicaverunt. Alia etiam est ratio, cur duodecim tribus nominaverit: quia gentes, quae Evangelio crediderunt, quasi in populum Iudeorum inserta sunt, et veluti civitate donata, ut non iam gentes, sed Judei, id est, confitentes, credentesque appellarentur in duodecim tribus cooptatae, sicut disputat D. Paulus ad Romanos 11, 17, 19 et 24: *Cum oleaster, inquit, esses, id est, gentilis, insertus es in illis,* id est, in populum Iudeorum; et rursus: *Fructi sunt rami, ut ego inserar, id est, Iudei non credentes gentiles reputati sunt, ego gentilis cum essem, credendo Iudeas factus sum.* Hac eadem est causa, cur D. Joannes in Evangelio omnium prædictoratum numerum ad duodecim tribus Israel revocaverit: *Ex tribu, inquit, Iudea duodecim nullia signata, etc.*; c. 7, 5, et in portis colestis Jerusalem, quam c. 21, 12, describit, nomina duodecim tribuum Israel scripta se vidisse dixerit. Itaque Theophylacti et Euthymii non probro sententiam, qui existimat apostolos solos esse Judeos iudicatores.

VERS. 29. — ET OMNIS QUI RELIQUIERIT. Chrysost., auctor Imperfecti, et Theophylactus putant hanc esse sententiam, ut omnes, qui idem fecerint, eundem honorem recipiant. Origenes vero, cujus opinionem probabiliter arbitror, existimat Christum de alio inferiori hominum gradu dissere voluisse. Dixerat ante de his, qui omnia sua bona vendidissent, dedissentque pauperibus, sequi panperas facti secuti essent: diec nunc de iis, qui non omnia quidem sua aut vendiderint, aut pauperibus dederint, aut in similitudinem apostolorum secuti fuerint, sed tamen propter se aliud reliquerint, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut uxorem, aut liberos, aut domum, aut agrum; illis enim non tantum quidem, quantum apostolis honorem pollicetur: sed magnum tamen premium promittit, fore ut centuplum accipiant, et vitam eternam possident. De uxore, quomodo propter Christum relinqui possit, nonnulli dubitant, quia dissolvit non potest matrimonium. Respondet Chrysostom. Et Euthymius ita dictum esse, qui reliquerit uxorem, centuplum accipiet, etc., sicut dictum est c. 10, 39, et 16, 25: *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.* Non ergo vult Christus matrimonium dissolu, sed vult se uxori preferri, et si uxor virum impedit, quoniam Christum sequatur, uxorem relinquat, non matrimonio disoluto, sed facto divortio. Vult, ut maritus potius

VERS. 26. — CENTUPLUM ACCIPET, multo plura est accepturus, tranquillitatem videlicet animi, spem magnam salutis, internas consolationes; parva et pauca

uxorem quam Christum perdat; vult spiritualia carnalibus anteponi, ut Fulgentius, epistolæ 2 de statu viduali, interpretatur. Quanquam et de matrimonio inter gentes dissolutione interpretari possumus quorum alter si factus christianus sit, alterque fieri christianus nolit, neque cum christiano sine religiosis injuriis habitere, christianus potest non christianum dissoluto matrimonio derelinquere, ut 4 ad Cor. 7, 15, docet D. Paul., sed generalis sententia ad unam speciem restringi non debet.

CENTUPLEM ACCIPET, id est, infinitis partibus plura ae meliora, sicut dixit D. Paul. ad Rom. 8, 18: *Non sunt condigne passione hujus temporis ad futurum gloriam que revelabitur in nobis.* Numerus ergo finitus pro infinito positus est, ut constat ex Luca, c. 18, 50, qui non centuplum, sed multo plura accepturum dixit. Idem Lucas et Marcus, c. 10, 50, addiderunt, *muc in tempore hoc, quod verbum, ut ait Hieronymus, Milenarius antiquis hereticis occasione prebuit suum errorum confirmandi, futuros post resurrectionem mille annos, quibus justi per singulos rebus rebus quas in hac vita reliquisti, centenas essent accepturi, quos Hieronymus ita refellit: Non intelligentes, inquit, quod, si in ceteris digni sit reprehensionis, in tempore apparuit turpitudine; ut, qui unum pro domino dimiserit, centum recipiat in futuro.* Itaque idem Hieronymus, et cum secutus Beda, bonaque pars posteriorum interpretum sensum esse putant fore ut *qui carnalia, ut Hieronymi verbis utar, pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiat, que comparatione et merito sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus compararet.* Quibus repugnat quod Marcus dicit non solum centuplum in hoc seculo accepturum, sed etiam explicat quibus in rebus accepturus sit: *domos, inquit, et fratres, et sorores, et matres, et filios, et agros.* Propterea Origenes, auctor Imperfecti, Theophil. et Euthymius, interpretantur centuplum in hoc seculo accepturum, quia omnia inter Christianos communia quodammodo charitas facit; omnes enim viros fratres esse, omnes feminas sorores, omnia bona communia, ut inter primos Christianos fuisse legitimus Actorum 4, 35. At quonammodo communes uxores, quae inter Christianos maximè sunt propria? Quanquam dicit potest charitate omnes uxores communes esse, quia ita omnes Christianos in Domino sint viros suos diligunt. Sed ego tamen aliter interpretar centuplum recepturum, et *domos, et fratres, et sorores, et filios, etc.*, non quod ista recepturus sit; sed Christum, qui ei instar est omnium, quique nobis et pater, et mater, et frater, et soror, et uxori, et liberi, et domos, et possessio esse debet, sicut ipse dicit c. 12, 49, 50: *Ecco mater mea et fratres mei; quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse meus frater et soror, et mater est.* Adnotavit D. Bernard., in declamatione in hunc locum, hoc Christum apostolis non dixisse, propterea quod domos et agros, quos non

relictus magna et multa est accepturus. Centuplum accipiet non in bonis temporalibus, sed in celesti delectatione, et in firma spe aeternae beatitudinis.

habebant, non reliquissent. At certè patrem et retia, quæ habebant, reliquerunt, et ad primum verbum vocantem Christum secuti fuerant, c. 4, 22. Propterea ergo hoc illi non dixit, quia majora fecerant, illisque majora promiserat; *sedebitis, inquit, et vos super sedes duodecim, etc.*

VERS. 30. — MULTI AUTEM ERUNT NOVISSIMI PRIMI. Non apparet quorsum hoc Christus adjunxit. Chrysost. et Euthymius existimat idem addidisse, ut homines ad secundam evangelicam perfectionem proposito singulari premio magis accenderet. Aliam etiam nobis causam suspicari licet, ne Apostoli nimis securitate confidenter, propterea quod omnium primi vocati fuissent; sed si currerent, non quasi in in certum, sic pugnaret, non quasi aere verberantes; sed castigante corpus suum, et in servitium redigerent, non, cùm alii praedicarent, ipsi profici efficerent, ut de se ait D. Paulus, 1 ad Cor. 9, 26, 27. Quae autem esset horum verborum sententia, nemo dubitare posset, nisi cum, ut solent, hereticorum interpres, pervertissent, dicentes prævidisse Christum futuros multos, id est, omnes Catholicos, qui operibus bonis confidenter, illis excedentem se vitam aeternam promiceret, idemque primos inter Christianos se esse ducentur; in iudicio autem omnium ultimi futuri essent, id est, in regno colorum penitus excludendi; arroganter enim Petrum meritis confusum dixisse: *Ecco nos religiosus omnia.* Non erat datus tam absurdus error confutatio; sed expedit ut lector hereticorum interpretum pervertitur pervertere.

VERS. 30. — MULTI ERUNT PRIMI NOVISSIMI, quod addebet pertinet quia omnia reliquerunt acti, non affectu; et vel potius, multi qui nunc opibus præstant,

#### CAPUT XX.

1. Simile est regnum colorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conduceo operarios in vineam suam.
2. Conveniente autem facta cum operariis ex deario diurno, misit eos in vineam suam.
3. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiioso,
4. Et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit, dabo vobis.
5. Illi autem abierunt. Hierum autem exiit circa sextam et nonam horam, et fecit similiter.
6. Cira undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die etos?
7. Dicunt ei: Quia nemo nos conductit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam.
8. Cum serò autem factum esset, dicit dominus vinearum procuratori suo: Voca operarios, et reddo illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad pri mos.
9. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, accepserunt singulos denarios.
10. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi; accepserunt autem et ipsi singulos denarios.

telligat. Primū, cùm Christus dicit: *Eredit primi novissimi, manifestum est non appellare primos eos qui aut opinione sua, aut dignitate et meritis primi sunt; sed qui primi vocati fuerunt, et ad vincere domini venerint, ut subjecta statim parabola declarat, c. 20, 16.* Isti autem boni interpres primos vocari putant, qui aut meritis primi sint, aut primi sibi esse videantur; perinde prorsus atque si nigrum album interpretentur. Deinde istorum opinione omnes primi erunt novissimi, id est, omnes à regno colorum extincti, quia omnes, qui putant se vitam aeternam mereri, primi sunt, et omnes à regno colorum extincti; at Christus non dicit omnes; sed *multi erunt primi novissimi*, indicans aliquos, qui primi fuerunt, primos etiam, cùm dearius solvet, futuros esse. Itaque non potuerunt isti quidquam dicere magis Christi menti et consiliis contrarium; denique Christus non dicit multos primos futuros nullos in regno colorum, id est, excludendos esse; sed futuros novissimos, id est, minores multis, qui post illos venerunt. Loquitur enim de iis qui omnes denarium accepterunt; sed qui ultimi venerant primo loco, ut sequenti parabolam declarat. Nam quod Basilius putat, in Reg. brevior, interr. 253, cùm dictum est, cap. seq. 14, operario illi querenti: *Tolle quod tuum est, et vade, jussum esse in infernum ire, meriti nemini, quod sciam, probatum est; sed scilicet apud Calvinistas istud est egregium Scripturae interpretem esse Apóstolos accusare, Christi mentem torqueare, sensumque pervertere.*

erunt vilissimi, et contra Judei qui se populum Dei Jacobant, infimo loco futuros insinuat.

#### CHAPITRE XX.

1. Le royaume des ciens est semblable à un homme, père de famille, qui sortit dès le point du jour, afin de lour des ouvriers pour sa vigne.
2. Et étant convenu avec les ouvriers de leur donner un denier pour leur journée, il les envoya à sa vigne.
3. Il sortit de même sur la troisième heure; et en ayant vu d'autres qui se tenaient dans la place sans rien faire;
4. Il leur dit: Allez-vous-en aussi à ma vigne, et je vous donnerai ce qui sera juste;
5. Et ils s'y en allèrent. Il sortit encore sur la sixième et sur la neuvième heure, et il fit la même chose.
6. Enfin il sortit sur la onzième heure; et en ayant trouvé d'autres qui se tenaient là, il leur dit: Pourquoi démeurez-vous la toute le long du jour sans travailler?
7. C'est, lui dirent-ils, que personne ne nous a loués. Et il leur dit: Allez-vous-en aussi à ma vigne.
8. Or le soir étant venu, le maître de la vigne dit à son intendant: Appellez les ouvriers, et payez-lez en commençant depuis les derniers jusqu'aux premiers.
9. Ceux donc qui étaient venus sur la onzième heure, s'étant approchés, reçurent chacun un denier.
10. Ceux qui avaient été loués les premiers, venant à leur tour, s'imaginèrent qu'on leur donnerait davantage; mais ils ne reçurent néanmoins que chacun un denier;